

atq; (ut ita dixerim) amplexicaulis est, ita pro sua natura, utel quiddam eiusmodi illico gerit. Nam e germinibus radículas assidue inter folia mittit, quibus arboribus, murisq; obrepit, quasi de industria à natura exhibitis: atq; ita humorem auferens, exhauriensq; arefacit: & si inferius succidatur, nihilominus uiuere durareq; potest. Habet uel aliud discrimen non mediocre in fructu: nam alius dulcis, alius uehementer amarus, tam in candida, quam in nigra: indicium, quod alium aues mandunt, alium minime attingunt. Edera ita se habet. Smilax, id est, edera cilicia, amplexicaulis ipsa quoq; assurgit: fructus aculeatus, & uelut præhorridus. Folium edere, parum, sine angulo, iuxta pediculi retinaculum humectum: peculiare, quod mediū illum callum, qui instar spinæ animantium secat, prætenuem habet, & interualla 10 staminea, non ex eo porrecta, ut cætera, sed circa eum in orbem circumacta, ab annexu pediculi ducit, ad caulem uero foliorū internodia consummantem: uillus ab eisdem pediculis, atq; folia tenuis, seq; conuoluens dependet. Flos candidus, suauiter olens, uerno proueniens tempore: fructus proximus herbæ solano atq; melothro, & maxime uuæ labruscæ uocitata: racemi pensiles ut ederæ sunt, uerum ad labruscam potius accedunt: nam de eodem puncto pediculi acinorum exeunt. Colore fructus rutilus est: nucleos in uniuersum quidem binos continet, quanq; grandior ternos, & paruulus unum. Nucleus durus admodum est, & colore forinsecus niger. Peculiare racemis, quod per latera caulium sepiunt: postremoq; caulis, racemus omnium maximus propendet, sicut in rhamno, & rubo: unde fit, ut extremo 20 fructifera, latere large fructifera ista spectetur. Arbor Euonymus dicta, nascitur cū alibi, tum in Lesbo insula, monte Orcynio, cui nomen Ordyno: magnitudine mæli punice, atq; folio eiusdem maiori, quam Vincaperuinca: & molli, ut punica. Germinare mense Septembri incipit, floret in uere: flos colore albæ uiolæ similis, odore infestus, uelut cruorem inferens: fructus cum putamine siliquæ sesame proximus, intus solidus, præterq; quod in uersus diuiditur quaternos: hic pecus enecat gustatus: quinetiam folium idem facit, & potissimo capras, nisi purgentur, interimit. Purgantur autem anocho. Et de arboribus quidem, atque fruticibus dictum iam est: reliqua de cætero indicandum.

HISTORIAE PLANTARVM LIBRI
TERTII FINIS.

33

THEOPHRASTI DE HISTORIA PLAN
TARVM LIBER QVARTVS.

Quibus locis quæque arbores gaudeant.

Cap. I



LXPOSITAE superius sunt differentia unigenorum: omnia 49 uero suis locis meliora proueniunt, magisq; uigent: nec syluestribus loca propria desunt, sed singula sibi accommodata sortuntur, quemadmodū urbana. Quædam enim aquosa, & palustria adamant, ut populus, ut salix: deniq; omnia, quæ secus fluuios nasci solent: quædam ædita quærunt, atq; aprica: alia potius umbrosa. Pinastrum enim pulcherrimū, amplissimumq; apricis emigrat, umbrosis autem nasci omnino nequit: contrà abies umbrosis pulcherrima, apricis haud similis sibi assurgit. Itaq; in Arcadia circa Cranam uocatam, loco quodam cōcauo, & silente à uentis, quem nunq; solem attingere aiunt, abietes plurimum

rimum tum longitudine tū crassitudine cæteris præstant: nō tamen pariter frequen-
 tes, neque pulchre cernuntur, sicut etiam pinaltri, quæ locis umbrosis enascantur.
 Quamobrem ad lautiora operū, ut fores, cæteraq; magnificiēda hisce minus utun-
 tur, sed ad nauigia, domosq; duntaxat: quippe trabes & antennas ex his optimas fa-
 ciunt, atq; etiam mâlos præstantissima longitudine, sed non similiter ualidas, atq;
 ex ijs, quæ Soli expositæ starēt: sed ex breuitate dēfiores illis, robustioresq;. Taxus
 quoq;, & padus, & thraupalus gaudēt uehementer umbrosis. Montium cacumini-
 bus, locisq; argentibus thuia enascitur, & excelsa quidē. Abies & iuniperus nascun-
 tur quidem, sed non in excelsum, sicut etiam circa Cyllenum promontorium eue-
 10 nit. Celastrus quoq; summis, gelidissimisq; prouenit locis. Igitur hæc frigidorum lo-
 corū auida, ratione posueris: reliqua uero (ut ita dixerim) omnia apricis potius gau-
 dent. Verū id quoq; pro modo suæ cuiq; telluris euenit. Itaq; in Creta insula mon-
 tibus Idaeis, Leucisq; uocatis, super summa, quibus nix nunquam deest, cupressum
 comperiri affirmant. Nam id genus syluæ plurimum, & in mōtibus, & omnino in
 insula est. Sunt autem (ut dictum superius est) tam ē syluestribus, quàm ex urbanis,
 alia campestria, alia potius montana. Inq; montibus ipsis ad portionem alia in imis,
 alia in summis proueniunt, ita ut & pulchriora, & fertilia exurgāt. Vbiq; autem
 uniuersaq; syluæ pars ad septētrionem spectans, ligna spissiora, pulchrioraq; pro-
 fert, & summam meliora: atq; omnino robustiora in aquilonijs exeunt, augentur,
 20 atq; proficiunt: densæ in longitudinem potius, ideoq; enodes, rectæ, proceraq; fi-
 unt, remiq; ex his optimi sumuntur. Potius autem in profunditatem, & crassitudi-
 nem distenduntur: propterea obliquiores, nodosiores, atque in totum solidiores,
 spissioresq; assurgunt. Has easdem ferē differentias habent & quæ opacis, afflatuq;
 permotis nascuntur: nodosiores enim, breuiores, minusq; rectæ, quæ apricis, quàm
 quæ flatibus expositis locis extant. Quod autem singula terram propriam, cœliq;
 accommodatam temperiem quærūt, eo sanē manifestum, quod quædam loca ali-
 qua ferunt, quædam nec sponte ipsa nascentia, nec sata facile ferunt: & quanquam
 apprehēderint, fructum nullatenus pariunt, ut de palma, & moro ægyptia, alijsq;
 quibusdam retulimus. Sunt enim plura, locisq; pluribus, quæ tametsi feruntur, non
 30 tamen augeri, fructificareq; possunt, sed uitiata in totum assurgunt: de quibus for-
 tasse dicendum est, in quantum habeamus historiæ.

De moro ægyptia, & ficu cypria, & siliqua, & perseæ, glandeq; & cuciofera.

Caput II



Vnt enim pleræq; in Aegypto arbores, ut morus, & perseæ dicta, &
 glans, & spina, & aliæ quædam, quæ peregrinari omnino nequeunt.
 Morus similis quodammodo moro nostrati est: quippe folio, magni-
 tudine, aspectuq; proxima. Fructum præter cæteras peculiariter gi-
 gnit, ut uolumine primo differuimus. Non enim germinibus, non ra-
 40 mis, sed caudice pomum parit magnitudine ficus, & uisu proximum: succo, atq; sa-
 pore caprificis sanē simile, uerum longe dulcius, granisq; internis omnino carens:
 multitudine numerosius maturescere nequit, nisi scalptum: quod unguibus ferreis
 scalpitur: quæ cum scalpta sint, ad quartum die maturescunt: hisce ablati, alia & alia
 ex eodē loco subnascuntur, nullo diuersa: idq; alij ter, alij sapius factitari affirmant.
 Lactuosa arbor admodū est, & ligno ad multa percommodo. Proprium id præter
 cætera habere uidetur, quod cæsum continuò uiride est. Siccatum autem in profun-
 do aquæ: mergitur enim in profundas fodinas stagnaq; protinus, atq; conditur, ma-
 defactumq; in profundo siccatum: cumq; siccum omnino fuerit, superfluitat, atque
 innatat: itaq; probe cōditum esse uideatur, fit enim leue, atq; solutum. Morus pro-
 e

prietates hasce sortita est. Proxima natura eius uidetur, quæ in Creta ficus cyprica nuncupatur: nam illa quoque fructum caudice, ramisque crassissimis fert, nisi quod geramen quoddam sine ullo folio, tanquam radicula mittit, cui fructus præpilatur. Caudex magnus & populo albæ similis, folium ulmo in fructus quaternos perficit, totiesque germinat, sed nullum ad maturitatem perducit, nisi pomo ipso immaturo inciso, emissoque lacte. Dulcedo ficibus non absimilis, & interna grossis planè conueniunt: magnitudo autem pruni est. Similis etiã siliqua, quam Iones Ceroniam uocant. Nam & ipsa caudice maximam fructus partem expellit, ramis autem (ut diximus) paucum fert. Siliqua, quam ægyptiam ficum quidam appellant, errore scilicet (nulla enim omnino in Ægypto, sed in Syria nascitur, & in Ionia circa Cnidum, Rhodumque) 10 folijs semper comatibus, flore candido, & olente grauissime, radice leuiter sublimi, atque omnino plantigera imis partibus est, superius tamen subarescens: fructum anniculum simul, & nouum habet: altero namque detracto post Canis ortum, protinus alterum gigni patescit, gignitur enim uuæ modo indiscretus atque uniformis: tum auctus circa arcturum, & æquinoctium floret: dehinc hyeme exacta, durat usque ad Canis ortum. Ergo similitudo quidem, quoniam hæc etiã fructum caudice fert, differentijs autem prædictis à moro utique distinguuntur. Est in Ægypto alia quoque arbor persea dicta, aspectu magna, formosaque: folio, flore, ramo, totaque figura potissimum piri uicina: nisi quod altera folio perpetuo, altera deciduo est. Fructum abunde parit, omnique tempore perficit, quippe nouus anniculum semper occupat. Maturitas anni uersariorum afflatu conficitur: reliquum crudiores auferunt atque recondunt. Est magnitudine piri, figura oblongus, amygdalæ modo, colore herbidus, nucem intus quemadmodum prunus continet, uerum longe minorem, mollioremque: carnem uehementer dulcem, suauem, concoctumque facilem: nil enim eos, qui nimium comederint, tentat. Radice arbor exuperat, tum longitudine, tum etiã crassitudine, multitudineque: materiem robustam, & uisu gerit decoram, atram, ut faba græca. Ex hac etiam simulacra, & lectos, & menses, & reliqua similia faciunt. Glans à fructu nomen accepit: folium ei simile atque myrto, oblongius tamen: illæsa, magnaque arbor est, uerum non recta, sed contorta. Fructus putamine confuso unguentarij uti solent: est enim boni odoris, sed fructus ipse inutilis, magnitudine, uisuque inturi proximus: materies ualida, & tam ad alia quam ad nauigia percommoda. Cuciofera quæ appellatur, palma similis est, similitudinem in caudice, & folijs representans: sed differt, quod palma indiuidua, simplexque assurgit: hæc cum aliquatenus increuerit, scinditur, fitque bifida, iterumque horum utrunque pari modo diuiditur. Item uirgas breues, nec multas profert: cortice sicuti palmæ ad utensilium nexus utuntur. Fructum peculiarem parit, nam & magnitudine, & figura, & succo singularem: quippe magnitudine ferme, qua manum impleat: rotundum, non oblongum, colore flauicantem, succo dulcem, & ori gratissimum: non congestum, ut palma, sed per singula discretum: nucleo magno, uehementerque duro, ex quo annulos uersicolores detornant, quibus in stragularijs uinculis utuntur. Materies à palma plurimum distat, altera enim rara corpore, 40 neruosa, & uiridis: altera spissa, grauis, carnosaque, & cæsa, crispa admodum atque dura. Persea quidem maiorem in modum eam præferebat, sed lectorum pedes ea conficiebant.

De spina, quotque eius genera. Item de pruno, et arboris magnitudine circa Memphim. Cap. III



Pina ex eo nomine accepit, quod tota arbor aculeis horret, excepto caudice: nam & super germina, foliaque aculeos gerit: magnitudine excellet, materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea caditur. Eius duo genera sunt, quedam enim candida, quedam nigra: & altera imbecillis, facileque putrescens: nigra autem robustior atque incorrupta: ob id

ob id in nauium fabrica ad costas, uentrisq; compagine ea utuntur: erecta non ualde
 assurgit. Fructus in siliqua modo leguminu, quo incolae coria perficiunt uice gallae.
 Flos & pulcher aspectu, ut coronas ex eo facerent: & medicamentis perutilis, qua de
 causa colligi a medicis solet. Fit & gummata ex ea, manat tum arbore percussa, tum
 sponte, sine ulla fissura: cum autem caesa fuerit, anno tertio protinus resurgit. Copia
 huius arboris large habetur, & sylua ingens circa agrum Thebanu est, ubi & robur,
 & persea, & olea quoq; eo loco emigrat: non aquis fluminu riguo (distat enim plus q;
 trecentis stadiis) sed suis fontibus, qui circa eum tractu permulti exiliunt. Oleum ni
 hilo deterius hoc nostrate habetur, nisi quod deterius olet, quonia natura sole raro
 10 utatur. Materies arboris dura: & caesa, colore celtis utiq; repraesentat. Alia quaedam
 arbor prunus habetur insignis magnitudine, fructu ferens natura, & magnitudine
 mespilis proximum, nisi quod rotundu nucleum habet. Florere incipit mense Iulio,
 fructum circa brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa agrum Thebanu colunt,
 propter arboris copiam, fructum siccant, lignoq; exempto tundunt, offasq; faciunt.
 Nascitur peculiaris quaedam materia circa Memphim: non folijs uel ramis, uel tota
 forma proprietatem sortita, sed affectione, quae accidit: quippe facies eius spinosa,
 foliumq; filicibus non absimile: sed cum ramulos quisquam tetigerit, folia quasi he-
 betata concidere, tum tempore aliquo post reuiuiscere, rursusq; uirere affirmant.
 Atq; propria quidem eius regionis, tanq; si quis arbores, aut frutices dicat, insignia
 20 haec assignantur. Nam de ijs quae in fluuiis atq; paludibus exeant, postea differemus,
 cum de reliquis etiam aquatilibus uerba faciemus. Omnes autem huiusmodi arbores
 suis locis magnae, tum longitudine, tum crassitudine assurgunt. Itaq; circa Memphim,
 arborem tanta magnitudine esse ferunt, ut tres homines nequeant eius amplecti cau-
 dicem, cuius etiam materies caesa commoda operibus est: admodum enim spissa, co-
 loreq; celtis arboris est. In Africa uero celtis plurima, optimaq; gignitur, necnon &
 paliurus: quin & quibusdam partibus, ut Nassamonico agro, & apud Ammonem,
 aliosq; existit. In Cyrenensi autem cupressus, oleaq; optime prodeunt: oleumq; plu-
 rimum fit. Sed omnium maxime peculiare laserpitium est: nam id quoq; copiosum
 ea regio profert, odoreq; suauissimum.

30 De Celte, & Paliuro, & palmis Africae sitientis: & Mero monte, ubi Liberum patrem natum
 fabulantur, deq; malo medica, & persica. Caput IIII



Celtis proprium genus praestat, magnitudine quanta pirus, aut paulo
 minore: incisuras folium habet, ac ilicis esse uideatur: materies nigra. Ge-
 nera eius plura, fructibus inter se discreta produntur: fructus magnitu-
 dine fabae, maturescit uuarum modo, uarie colores immutans: nascitur
 quemadmodum myrta aduersa inter se, densus super germina, gustatur
 inter Lotophagos dictos praedulcis, suauis, innocuus, atq; etiam bonae frugis. Ven-
 tribus est suauior, qui sine ligno interiori est: nam uel genus huiusmodi redditur, &
 40 uinum eo exprimitur. Multa haec arbor, fructuq; copiosa est. Exercitum itaq; Ophelli,
 cum in Carthaginem proficisceretur, uel eo fructu diebus pluribus pastum comatum
 defectu, accepimus. Est igitur in insula Lotophagia Pharide uocata larga copia, cae-
 terum non minor in continenti, sed longe largior est: plurima enim haec omnino in
 Africa, & paliurus, ut retulimus: quippe apud Hesperides hisce ad urendum utuntur.
 Sed haec celtis distat ab ea, quae Lotophagorum. Paliurus certe fruticosior est, folio
 huic nostrati similis: fructu diuerso, non enim lato, sed rotundo, rubroq; magnitudi-
 ne, qua cedri, aut paulo minore: nucleum non mandendum, modo acinorum punici habet:
 fructum uero iucundum per se, atq; si quis uinum infundat, tum ipsum suauiore, tum
 uinum suauius reddi asseuerant. Nonnulli celtim arborem fruticosam, ramosamq; tra-

dunt, caudice firmo, uel fideli, fructu nuce obducto, parte externa minime carnosâ, sed potius pelliculari: cibo nō tam dulci, q̄ gustatu aliâs grato, & uinū quod eo exprimitur, non nisi binos, aut ternos dies durare, dein acescere: suauiore itaq̄ fructum apud Lotophagos esse, materiem autē optimam in Cyrenæa prouincia, tractumq̄ Lotophagorum feruidiorem cōfirmant. Radicem autē esse quidem multo nigriorem, q̄ lignum, sed minus spissam, & ad pauciora commodam: quippe tantū ad pugiones, glutinamētaq̄ usui est. Lignum, tibijis, & alijs plerisq̄ expetitur. Parte autē Africæ, qua nuncq̄ pluit, pleraq̄ alia, & palmas magnas atq̄ optimas, puenire aiunt. Cæterū ubi palma, falsilaginem, & riguū esse locū, nec admodū in profundo aquam cōperiri, & dulcē & ibi falsam inuicē propinquas. At ubi reliqua oriūtur, solum siccū, & omni aqua orbatū esse: alibi uero puteos etiā esse centū passuū, ut non nisi iumentis per uertiginē haurire possint. Quamobrem mirum quo tandē pacto effossæ sint altitudines tam profundæ. Igitur aquas subditas palmis uel ad Ammonis delubrum esse ferūt: uerum differentiā, quam diximus, obtinet. Thymū quoq̄, parte pluuia carēte, plurimū nasci, & alia peculiaris naturæ complura, atq̄ etiam leporem isthic gigni, & damam, & struthum, & alia ex genere bestiarum. Sed hæc an locū aliquē bibendi gratia petant, incertū est: præsertim cū post dies aliquot bibant, ut nonnulla ex urbanis tertio, uel quarto die potū ducūtur. Serpentes autē, lacertæ & similia, quod sine potu uiuere possunt, nulli dubiū est. Afros hæc onum mādere affirmare aiunt, qui uel apud nos uermis quidā multipes, aterq̄ gignitur, sese in orbibus conuoluēs: hunc autē locis illis multū admodum nasci, naturaq̄ esse humidum narrant: rore uero partē carentem pluuia, semper abundare: quapropter palmam, & si quid aliud humectis proueniat, partim eo quod de terra ascēdit, partim ratione cœli cōstat nutriri. Satis enim humoris est, pro magnitudine, & natura eorū, utpote sicca, & e siccis constante: & pro desiderio arborū, quæ cum plurimæ nō sunt, tum peculiare nascuntur. De laserpitio qualem naturā fortiatur, postea indicandum. In Asia uero apud singulos peculiaria quædā protentiūt: quædā nanq̄ proferūt terra, quædam nullo modo producūt, ut in Asia ederam, & abietem parte superiore Syriæ, itinere à mari quinq̄ dierū, enasci negāt: sed in India uisam in monte, cui Mero nomen, affirmāt, quo Liberum patrē ortum fabulæ aiunt. Qua de causa Alexāder cum aliquādo ex India descēderet, coronatus & ipse, & exercitus ibat. Harpalus uero in Media tantū locare eam cōtendit, serēdo sæpe in hortis Babylonijis, & curiosē colēdo, sed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo pacto uiuere ualebat, sicut reliqua, quæ aduecta de Græcia sunt, hospitari patiebantur. Hoc igitur ob cœli cōditionem regio recusat. Et buxum uero, & tiliam uix summo conatu recipit: nam his & cultores hortorū uehementer laborant. Alia uero tum in arborū genere, tum in stirpe humili, peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortū, atq̄ meridiem spectās, ut animalia, ita etiā plantas præter cætera loca peculiare ferre uidetur, ut Media prouincia, & Persis tam alia plura, q̄ mālum, quam medicā & persicam uocāt. Habet hæc arbor foliū simile, & penē æquale, atq̄ potulaca: aculeos quales pirus, aut spina acuta, sed leues, acutosq̄ uehemēter & ualidos. Pomum eius non manditur, sed odore præcellit, necnon & foliū arboris odoratissimū est. Et si inter uestes pomū ponatur, inoffensas conseruat. Vtile & cum medicinam mortiferam quis biberit, uel ad oris suauem olētiam: quippe si quis interna pomi in iure, aut aliquo humore cōcocta in os expresserit, digesseritq̄, suauē halitū reddet. Semen detractū Vere sulcis feritur diligentissime cultis, rigatur deinde quarto, aut quinto die: cum autē maiuscula fuerit, transfertur Vere iterū ad molle, riguumq̄ solū, nec ualde tenue, tale enim desiderat. Fert poma omnibus horis, alijs decidentibus, alijs subnascētibus, alijs maturescētibus. Floribus his tantū fructus enascitur, qui (ut diximus) ueluti colū quandam extantem,

extantem, in suo medio gerunt: qui enim ea careant, infœcundi labuntur. Seritur etiam fictilibus in uasis perforatis, quemadmodũ palma. Hęc itaq; (ut dictum est) Persidi, Mediæq; familiaris habetur.

De ficu Indica, alijsq; multis Indiæ arboribus, quotq; hebeni sint genera. De Terebintho Indica: deq; lanigeris arboribus, necnon seminibus, & herbis Indiæ. De oriza. De spina cãdida, quæ herculacea dicta est. Caput V



Indica autẽ regio, arborem ficũ uocatam sortitur, quæ e ramis radices dimittit singulis annis, ut primo uolumine retulimus: dimittit aut non ex nouellis, sed ex anniculis, atq; etiã uetustioribus. Illæ se terræ cõiungentes, ceu sepem circũ arborem faciũt, ita ut ueluti tabernaculũ condatur, quo etiã morari homines solent. Radices autẽ nascẽtes euidentissime à ramis discernũtur: sunt enim albiores, hirtæ, tortuosæq; binaq; fronde foliata. Item arbor comam supernã lasciua gerit, totaq; fornicato ambitu pulchre orbiculatur, & magnitudine uehemẽter excellit: quippe umbrã bino stadio facere fertur: & crassitudine caudicis, plerasq; ultra q; sexaginta graduum orbẽ colligere, magna uero ex parte quadraginta. Foliũ pelta nõ minus habet: fructum admodũ paruũ, magnitudine ciceris, ficui simillẽ: quamobrẽ Græci ficum eam arbore appellabant. Parũ mirum in modũ fructificat, nõ tantũ pro magnitudinis desiderio, uerum etiã omnibus rebus. Nascit arbor hęc circa Acesinam amnem. Est & alia arbor & magnitudine insignis, & suauitate fructus, amplitudineq; mirũ in modũ præcellẽs: hoc sapiẽtes Indorum, qui nudi degũt, cibo utũtur. Alia cui foliũ specie prælõgum, simile pennis struthiorũ, quæ super galeis imponũtur, lõgitudine duorũ cubitorum: alia cui fructus longus, nec rectus, sed cõtortus, cibo dulcis, sed morsus in aluo, difficultatesq; facit intestinorũ: ob id Alexãder ne quis manderet, interdixit: alia cui fructus similis cornis. Sunt & alia plura ijs diuersa, quæ Græcia gignit, sed nomine carent: nec mirum quicq; ex eorũ proprietate putandũ. Nam (ut quidã referũt) nulla omnino arbor, nullus frutex, nulla herba similis ijs cõperitur, quæ in Græcia proueniũt, paucis exceptis. Hebenus quoq; eius regionis uernacula est. Huius duo genera cõstant, alterum materie laudatũ, pulchrumq; alterũ uile, uitiatumq;. Rarum, quod præstãtius: reliquũ permultũ habetur: colorem commẽdatum, non re cõdita, sed statim sua natura capescit: fruticosa est cytisi modo. Ferũt & terebinthũ haberi, ut alij similem terebintho: cui folia, & rami, & reliqua omnia terebintho similia: fructus autẽ diuersus, similis enim amygdalis. Nam & in Bactris terebinthũ hanc esse, ferre q; nuces amygdalarum magnitudine: quoniã non magnas, sed uisu similes, & suauitate amygdalis præstantiores, & ideo loci illius homines his potius uti. Plantæ autẽ ex quibus uestes conficiunt, foliũ moro simile habet, corpore autẽ toto rosæ caninis proximæ cernũtur: ferũtur ordinatim, quapropter e longinquo aspiciẽti, uites apparẽt. Palmas quoq; nonnullæ partes plerasq; habet. Hęc in arborũ genere. Fert & semina propria, alia leguminibus similia, alia tritico, alia ordeo. Cicer enĩ & lens, & reliqua nostræ regionis ibi haudquaq; habet, sed alia quædã nascũtur, quibus edulia proxima cõficiuntur: nec discerni queunt, ut ferũt, nisi quis audierit. Est & ordeũ, & triticum, & genus quoddã aliud ordeĩ syluestris, quo & panẽ suauem conficiũt, atq; alicam bonã. Id Græcorũ equi cum principio manderẽt, interibãt: deinde paulatim, cũ paleis assueti, nihil penitus lædebantur. Serũt potissimo quod orizam uocãt, id semini nũcupato simile est, pistumq; tanq; alica, redditur cõcoctu perfacile, aspectu lolij simile: statq; magna parte tẽporis in aqua: effundit nõ spicam, sed ueluti subam modo milij, atq; panici. Est enim aliud quod Græci φακόν, id est lentẽ uocabant, hoc uisu fœno græco simile est: metitur circa uergiliarum occasum. Interest

etiam terræ ipsius ratione, quod quædã omnia ferat, quædã nõ ferat. Quippe mon-
tuosa & uitæ, & oleam, & nucũ pomorũq; uniuersum possidet genus: uerũ oleam
sterilẽ, & natura penè inter oleastrũ, atq; oleam. Item specie tota distat, & foliũ latius
hoc, angustius illo. Hæc in India. In regione autẽ Aria dicta, spina est, ex qua lachry-
ma gignitur, illyriæ similis tam uisu, q̃ olfactu: hæc ubi sol illuxerit, defluit. Quin &
alia multa præter hæc nostratia tum agris, tum amnibus proueniunt. Alijs locis spi-
na candida nascitur ramis ternis, ex qua regulas, atq; baculos faciũt: succosa, humo-
ris lactei, fungosãq; est: herculaceam hanc appellant. Est etiam aliud, stirpis humilis,
magnitudine quidẽ raphani, folio uero tam magnitudine, quàm forma lauro simili:
id qui comederit protinus moritur. Quocirca ubi equi adessent, nunq̃ eos à mani-
bus laxabant. Codrosiæ prouinciæ nasci quiddam folio laurino referũt, cuius quan-
tulumcunq; iumenta comedissent, mox interibant: similiter affecta distentaq; atq;
illi, qui morbo comitali uexantur. Aliam autem esse spinam, folio nullo, radice sin-
gulari: aculeum acutissimũ quoq; in nodo gerẽtem, quo fracto, aut attrito, succũ la-
cteum multum effluere, qui cæteris omnibus animalibus cæcitatem infert. Homi-
nes autem

Quibusdam item locis herbam quandã exire sub qua serpẽtes minutos admodum
connatos manere: quorum icũ, moriendum protinus esset, cum herbã quisquam
aggressus fuerit. Quin & à palmis incoctis strangulari, qui comederit, idq; postea
perspectum. Sed huiusmodi uires, tam animalium, quàm plãtarum, uel apud alios
forsitan comperiri possint.

Arbores odoratae ubi nascatur, & quæ sint. Quid ferat septentrio. Item quid quoque loco proueniat.

*Quid in Creta, Rhodo, Lycia, Ponto, Propontide. Quid Thmolus, Olympus, Ida, quidq; multi
alij montes ferant. Quæ in toto orbe loca ad naualem materiam.* Caput VI

Inter plantas autẽ omniũ maxime superfluũt, plurimumq; à reliquis
distant, quæ in Arabia, Syria, Indiaq; odoratae nascũtur: ut thus, myr-
rha, castia, laser, cinnamomũ: quotquot alia huiusmodi, de quibus alio
uolumine plene retulimus. Ergo plagis ad exortum, meridiemq; uer-
gẽtibus, & hæc ipsa peculiaria, & alia his plura proueniũt. At uero se-
ptentrionem uersus nõ ita est: nihil enim effatu dignũ narratur, præter communes
has arbores, quæ & loca frigida amant, & apud nos quoq; reperiuntur: ut pinus, ro-
bur, abies, buxus, castanea, tilia, reliquæ similes. Nihil enim præter hæc aliud habet,
sed potius ex humilibus quædam, loca argentia quærunt, ut febrifuga, absinthium.
Item quæ radice, succo ue medet̃ur, ut ueratrum, agitatorium, scammonia: cuncta
ferè quorũ radix expetitur. Quædã enim in Ponto, ac Thracia gignũtur: quædã cir-
ca Oëtam, Parnasum, Pelium, Oësam, Parthenium. Multa etiã in Arcadia, & agro
laconico exeũt: nam ea quoq; regio medicaminibus scatet. At odoratorum nihil in
his penitus, cõsecratice excepta, quæ in Illyrida, & circa Adriã prouenit: & laudata
quidem, cæterisq; longe præstãtior. Verũ in feruidis, meridianisq; locis, uelut ex op-
posito, copia odoratorum habetur. Cupressum quoq; loca feruida magis habet, ut
Creta, Lycia, Rhodus. At ex ijs quæ mansuescere possunt, laurũ, myrtum, quæ mi-
nime in frigidis durare affirmãt, minusq; myrtum: argumentoq; capiunt, quod in
Olympo laurus multa, myrtus nulla omnino, in Ponto autẽ toto neutra est: quanq;
summo studio, omniq; solertia ferere conãtur ad usus religionis. Fici tamen multæ,
magnæq;, & punicæ, amplæ opacitatis habentur: quin & piri, & máliperi multæ, ac
uarij generis, maiorem in modũ: bonæq; frugis, & uernæ, præterq; si quæ ferotinae.
Ex syluestribus uero robur, ulmus, málus, & similes: sed pinastrũ, abies, atq; picea
desunt, & omnino quæ tedam in se gerunt. Humida hæc autem, & multò deterior
Sinopensi: quapropter non multus est eius usus, nisi ad ea, quæ sub diuo. Hæc circa
Pontum,

Pontum, aut certe locis quidem eius quibusdā haberi nouimus. In Propōtīde uero & myrtus & laurus montibus multis in locis prouenit: sed fortasse sunt etiam quæ locorū propria poni debeant, quippe cum singula (uti retulimus) diuersa secundū materiam habeāt: non solum quod eandē meliorem, deterioreme ue possideant, uerum etiā quod ferant, nec ne: ut Thmolus, Olympusq; mysius nucē, & castaneam plurimā ferūt: item uitem, mālum, punicā. At Ida, quibusdā earū caret, quibusdam perraras habet. Et circa Macedoniam, & Olympū piericum, quædā earum comperiuntur, quædā minime: in Eubœa uero, & circa Magnesiā euboicā multæ quidem habentur, è reliquis autē nulla: nec circa Pelium, nec reliquis montibus tractus istius. Quin & ad naualē materiem locus ibidē exiguus est, & omnino in uniuerso terrarum orbe: quippe cum Europe, Macedonia, & Thracia, & Italia tantū habere uideatur: Asia uero, Cilicia, Sinope, Amysus, adhæc Olympus & Ida, uerum non multum. Cedrū enim Syria gignit, eaq; ad trirēmes utuntur. Et ea uero, quæ aquas adamant, ac secus fluuios degunt, parī modo intelliguntur.

De platano, & Algarum generibus, ac bryo: item de marinis, quercu, & abiete, & uite, & ficu, & palma.

Caput VII



Latanum enim esse in Adria negant, præterq; circa Diomedis delubrum: inq; uniuersa Italia raram esse affirmāt: quanq; multi, magniq; fluuij utrobicq; diluant: sed locus planè recusare uidetur. Dionysius tyrannus maior, ambitiosius cōtendens in Rhegio cōseuit in hortis eas, quæ nunc in gymnasio stant, nec ullā magnitudinem capere possunt. Contrā, alia loca plantanum habent plurimam, alia ulmo & salice scatent, alia tamarice, ut Hæmus. Hæc igitur quemadmodū diximus, locorum propria poni debent pariter in syluestribus atq; urbanis. Caterum in quibusdam fieri forsitan potest, ut ager cultu diligentissimo adhibito ferre queat, quot uel nunc, & animalium, & plantarum quibusdam euenire uidemus. Summam uero differētiā naturæ arborum, & ad summam plantarum existimandum, ut inter prima retulimus, quod alia terrena, alia aquatilia ex plantis quoq; ut ex animalibus constant. Etenim non solum in paludibus, lacubus, fluuijsq; uerum etiā in mari materiæ quædam proueniūt humiles, & in extero etiam arbores. Quippe in hoc nostro exigua omnia nascuntur, & nihil ferè super mare emicat: at in illo, & hæc eadē excedunt, & alia de arboribus maiora longe assurgunt. Nostri itaq; tractus euidentissima communissimaq; algarum genera sunt: ignotiora uero, & maxime propria ratione locorum, abies, ficus, quercus, uitis, palma. Horū alia iuxta terram, alia pelagica, alia ambobus locis communia: & quædam multigena, ut alga, quædam unicum genus sortita. Nam algæ quoddam genus, folio lato, colore herbido est, quod porrum quidam appellant, alij cingulum: radice hirta, extrinsecus squamata, intrinsecus longa admodū, crassaq; plene cepigethys non absimili: aliud folio crinito, terræ ipsi adhærens, sæpeq; à mari tantū alluitur: alterum altius degit, nascitur quidem in mari extero circa Herculis columnas, mira magnitudine, latitudineq; ut ferunt, amplius, quam ut manu apprehendi possit. Fertur hoc ad mare internum fluxu extrinsecus, porrumq; id appellant: annuū esse aiunt, & nasci Vere desinēte, uigere æstate, minui autumno, interire atq; decidere hyeme. Quin & reliqua omnia nascētia deteriora, obscurioraq; hyeme fieri. Hæc itaq; ceu terrena circa mare deprehendunt. Alga uero proueniens in alto, quam spōgiarij pelagicam deferūt, in Creta insula iuxta terrā, super saxa, plurima, optimaq; prouenit: qua nō solū uittas, sed etiā lanas, uestesq; inficiūt, & quandiu recēs infectio sit, color longe purpurā præstat. Gignit parte aquilonia tum copiosius, tum melius, ut etiā spongiæ, reliquaq; similia, Sūt alia graminibus proxima,

quippe folio simili, & radice geniculata, longa, oblique adhærente, modo graminis, & caule calamaceo, ut gramen, magnitudine alga multo minora. Est aliud bryum dictum, folio coloris herbidi, amplo, nec lactucis dissimile, rugosiore tamē, & ueluti contracto: caret caule. Sed ab uno initio plura folia huiusmodi exeunt, & rursus ab alio. Nascitur super lapides, fictiliaq; iuxta terrā. Et minora quidē hæc fermē traduntur. Quercus autē, & abies terrenæ quidē ambæ spectantur: nascuntur uero super lapides atq; fictilia: carēt radicibus, sed modo patellarū adhærēt. Foliū ambabus uelut carnosum, oblongius, crassumq;: & abieti crassius, frequēs, nec leguminū siliquis absimile: cōcauum intus, nec quicq; intra se cōtinens: quercui tenue, ac potius tamaricis: color ambobus accedēs ad purpurā: forma tota abietis erecta, quercus flexuosior, atq; in latitudine magis ampliata: ambæ uel multicaules sūt, sed simplicior abies: ramis abieti, longi, recti, solutiq;: quercui breuiiores, cōtortiores, spissioresq;: magnitudo tota ambabus cubitalis, parum uē altior, uerū maior (ut simpliciter dicā) abieti. Quercus uel ad lanas inficiēdas utilis mulieribus: ramis adnexa pendēt pleraq; animalium testigerorum, subter alia quædā cauli ipsi adhærēt: ad quædā tota obesa ingrediuntur millipedæ, & aliæ quædam generis eiusdē bestiolæ, quodq; polypi specimen gerit. Hæc itaq; terrena, contemplatuq; cōstant facilia. Quidam autē uel alterā quercum nascentē in alto referūt, quæ etiā fructum fert, & glans eius commoda est. Quin & alias magnitudine insignes quædā compertas, homines nantes seq; summergentes referre, traditur. Vitis utroq; nascitur loco: nam & terræ proxima, & pelagica est, & maiora fert folia, sarmēta, fructumq;. Ficus folio caret, nec magnitudine præstat, color cortici puniceus. Palma pelagica est, caudice admodū breui, uirgis rectis ferē, quæ subtus exeunt: nec in ambitu, sicut ramis uirgarū, sed uelut in latitudine sigillatim cōtinuatæ, nonnunq; etiā inter sese differētes. Virgarum autē, seu furculorum ipsorum similis natura quodāmodo est, folijs spinarū acanicarum, ut soncis, atq; similibus. Hi tamen erecti, nec quemadmodum illa, circumflexi, & folijs à mari corrosi: nam eo quod medius caulis trāsmeat per totū, reliquū quocq; aspectus proximū est: color his & caulibus, atq; uniuersæ plantæ ruber intense, atq; puniceus. Et ea quidem, quæ hoc in mari proueniūt, tot esse uidentur. Spongia nanq;, quæ & plysæ uocantur, & quicquid eiusmodi, naturā alteram planē sortiuntur. In extero autē circa Gaditanum fretum, porrum (ut retulimus) nascitur, & ea quæ in lapidem transfigurantur, ut thymum, & quæ lauriformia sunt, & reliqua.

Apud mare rubrum in Arabia nullam arborē prouenire præter spinam sitientē: idemq; mare belluis plenū, plurimasq; habere caniculas. De plantis, & arbusculis miræ naturæ: deq; magnis arboribus in insulis, quas æstus operit. Item circa Persidem magnas esse arbores. Caput VIII



Mari autē rubro uocato in Arabia paulò à Copto superius, arbor nulla in terra prouenit, præter spinā, quæ dipsas uocatur, & hæc rara, propter feruores, & aquæ penuriā: quippe nō nisi quarto, quintoq; anno pluit, & tunc impetuose, & breui tempore. At in mari nimirū exeūt, easq; laurum & oleam appellant. Laurus arizæ similis ex toto est, olea folio tantū: fructum olea proximum his nostris oliuis parit, & lachrymam emittit, ex qua medici sistendo sanguini medicamentum componunt, quod fieri laudatissimum solet. Cum autem aquæ plures inceserint, fungi iuxta mare quodam in loco erumpūt, qui sole tacti in lapidē cōmutantur. Mare hoc belluis refertum, plurimasq; caniculas habet, in tantū, ut nare tutū non sit. In sinu autē Heroo cognominato, ad quem descendūt Aegyptij, laurus est, & olea, & thymū: uerum nō uiridia, sed lapidis specie parte à mari eminente, similia tamen uiridibus tam folijs, q̄ germinibus. Colos quoq; floris in thymo, tanq; nondū perfecte floruerit, liquidò deprehēditur.

Longitudo

Longitudo arbuscularum cubitorum ternorum est. Qui uero ex India missi ab Alexandro nauigarunt, platas marinas, quoad in aqua sint, colore algæ minutæ haberet: cum uero exemptæ ad solem ponuntur, mox sali similes fieri narrauerunt. Luncos quoque lapideos apud mare id prouenire, quos nemo uisu à ueris potuit discernere. Eo mirabilius referunt nasci arbusculas quasdam, colore cornu bubuli, ramis asperas, & cacuminibus rubentes, quas cum compressius tractatur, frangi, & igni iniectas, ut ferrum exardescere: restinctas tamen tranquillari, ac eundem colorem seruare. Insulis autem quas operit æstus, arbores nasci ingentes, magnitudine platanorum, populorumque altissimarum: & contingere, ut cum æstus inuasit, reliquæ omnes totæ integantur, maximarum uero cacumina extent, ad quæ naues religuntur: cumque æstus recesserit, ad radices æquo modo annecti possunt. Folia arboribus laurea dicunt: florem uiolæ, & colore, & odore: fructum magnitudine oliuæ, & hunc odoris admodum boni: folia nunquam decidere, florem & fructum primo autumno nasci, uere defluere. Alias quoque uisas in eodem mari semper folia retinentes, & fructum lupino similem ferentes retulerunt. Circa Perfidem Carmaniæ coterminam, qua maris æstus fieri solet, arbores magnæ similes potulacæ tam forma, quam folijs spectatur, fructum plurimum ferentes, amygdalis similem extrinsecus, interna uero singulis quasi connexa inuoluntur. Subroduntur istæ arbores omnes à mari parte mediâ, stantque radicibus polyporum modo: cum enim æstus recesserit, omnia inspicere possunt. Aqua uero nulla omnino eo in loco est. Riui namque aliqui relinquuntur, quibus nauigant, qui & ipsi maris particulæ sunt. Quamobrem constare quidam existimant, quod ipso mari aluntur, non aqua: præterquam si quid est terra stirpibus attrahant. Quod tamen & ipsum falsum esse haud dubie intelligi potest, quippe cum ne in profundum quidem radices descendunt. In totum genus idem mari, atque terra nascentium esse uolunt: & marina quidem pusilla, & ficus specie prouenire: terrena uero magna, atque uiridia, floreque odorato, & fructu modo lupini.

De arboribus quæ in Tylo insula, quarum nonnullæ lanigeræ sunt. De plantis, quæ in amnibus, paludibus, stagnisque proueniunt: deque Papyro, Sari, Mnasio.

Caput IX

IN Tylo autem insula, quæ in sinu Arabico est, parte ad orientem spectante, tantam arborum multitudinem esse affirmant ubi æstus recesserit, ut locus frequentissimo uallo munitus relinquatur: atque his omnibus magnitudo, quæ fico: flos odore excellens, fructus ingustabilis, & uisu lupino similis. Lanigeras quoque arbores multas eandem insulam ferre proditum est: has folia uitigena gerere, uerum minora, fructum nullum. Id in quo lana continetur mali amplitudine cerni, uerum nascens compressum, cum tempestiuæ maturitatis sit, aperiri, & lanam excipi, qua telas texunt, alias uiles, alias preciosas. Hoc idem & in India (sicut dictum est) & in Arabia fieri asseuerant. Esse etiam alias arbores flore uiolæ matronalis affirmant, uerum sine odore, magnitudine uel quadruplo uiolæ maiore. Est & alia quædam arbor foliosa rosæ modo, florisque rosei: hunc noctu compressi, solis exortu aperiri, meridie in plenum expandi, uesperiterum colligi paulatim noctuque concludi: incolæ eum dormire tunc dicere assolent. Quin & palmas & uites, & genera nucum, pomorumque, & ficos, quibus folia nunquam decidunt, nasci eadem in insula affirmant. Aquam cœlestem fieri quidem, sed non ad fructus usui esse, sed fontes in insula esse permultos, quibus omnia rigentur: & eam aquam frumentis, arboribusque magis prodesse: qua de causa, post pluuiam protinus hæc perfundunt, quasi illam abluere, atque abstergere uelint. Et arbores quidem maris exteri, quæ hæcenus exploratæ habentur, tot ferè esse constat. De ijs autem, quæ in amnibus, paludibus, stagnisque proueniunt, deinceps dicendum est. Quæ locis huiuscemodi

degant, tribus generibus consummari omnino uidentur. Sunt enim alia arbores, alia ueluti herbacea, alia frutescens. Harundinem, gladiolum, fleum, iuncum, butomū, quæ omnibus ferè fluuijs, locisq; eiusmodi communia sunt: nonnuscq; & rubi, & paliuri; & arbores, ut salix, populus, platanus: quædam usque adeo, ut aqua occultentur, quædam ut parū excedat: quorūdam radicis, & caudicis aliquid tantū in aqua, reliquū totū corpus extrā patescit. Hoc enim salici, alno, platano, tiliæ, deniq; omnibus aquarum auidis euenit: quæ & ipsæ omnibus ferè fluuijs cōmunes certō intelliguntur. Nam & in Nilo platanus prouenit, non tamen multa, atq; etiā populus est rarior: at fraxinus, & quæ bubula fraxinus cognominatur, plurima est. Quæ itaq; in Aegypto nascuntur, in totum quidem numerosiora utiq; sunt, q̄ ut membratim enumerari queant. Cæterum (ut simplici, ac absoluta ratione agamus) omnia cibo idonea, succosq; dulces habentia percipiuntur: sed præstare dulcedine, copiaq; alimentaria tria illa uidentur, Papyrus, & quod uocatur Sari, & tertium, quod Mnasium appellant. Nascitur papyrus non in altitudine gurgitum, sed propè intra duo cubita, nonnuscq; etiam minus: crassitudine radicis qua uola uiri robusti, longitudine super dena cubita prouenit: super terrā ipsam radices obliquas, tenues, dētasq; in limum demittens sursum, quos papyros dixere, profert, triquetros, angulatos, magnitudine quaternorū ferè cubitorum, coma inutili, exiliq; fastigiatos: fructus nullius fecundos, hosq; ex multis partibus mittit. Radicibus pro ligno utuntur, non tantū ignis gratia, sed ad uasa quoq; plurifariam faciēda: quippe materiem amplam, probamq; præstāt. Papyrus ipse ad plurima utilis, etenim ex eo nauigia faciūt, & e libro uela, tegetesq; texunt, & uestem quandam, atq; stragula, ac funes, aliaq; plura: & quidem externis hominibus chartæ euidentissimæ habentur: sed summam, frequentissimamq; opem, & in re cibaria præstat. Omnes enim incolæ, & crudū, & elixum, & assum manducāt, & succum deuorāt: manducamentum autē expuunt. Talis papyrus est, talesq; usus præbet. Nascitur & in Syria circa lacum, quo & calamus odoratus: unde & Antigonus in re nauali funes fecisse proditur. Sari in aqua prouenit, circa paludes, plana q; ubi annis recesserit: habet radicē prædurā, flexuosamq; ex qua, quæ saria uocant, exeunt: his longitudo duūm cubitorum, crassitudo pollicaris. Triangulū id quoq; papyri modo, & comam similē gerit: qui manducāt, eius quoq; manducamentū expuunt. Radice fabri ferrarij utuntur: carbonem enim optimum facit, propter ligni duritiā. Mnasium herbaceis annumerandum, itaq; usum nullum exhibet, præterq; in re cibaria. Dulcedine quidē præstare tradita hæc sunt. Nascitur etiam aliud in paludibus, stagnisq;, quod terram minime attingit: natura lilijs simile, sed foliosius, & folia inter sese quasi uno condita uersu: color uiridis admodum: usus eius medicis ad mulierum profluvia.

De faba, loto, & corsio loti radice, & malinathalla.

Caput X



Aba in paludibus, stagnisq; exit. Caulis eius, q̄ longissimus, quaterna cubita perficit: crassitudo digitalis est, similis calamo molli, nō geniculato, rimas intrinsecus habet tendētes per totū lilijs modo: caput super hunc fauo orbiculato uesperum non absimile: inq; singulis cellis singulæ fabæ continentur paululo super id eminentes, multitudine plurimū terdenæ: flos duplex, q̄ papaueris: color roseus in plenū caput: super aquam folia ad singulas fabas amplexa exeūt: fabam quanq; cōterenti amarū illud, ex quo pilula fit, inflexū patescit. Fructus ita se habet. Radix crassissima, harūdine plenior, rimas similiter, atque caulis habens: manditur, & cruda, & elixa, & assa, eoq; cibo qui incolunt paludes, utuntur. Nascitur itaq; sponte uel plurima: cæterum, & feritur in limo, paleis large admistis, ut descendat, incorruptaq; maneat, sicq; fabeta faciunt,

faciunt. Sin autem semel apprehēderit, perpetuò manet: radix enim ualida est, nec procul harundinum stirpibus, uerū spinis subhorrēs: quamobrem crocodilus eam refugit, ne occurrens oculo offendatur, quoniā acute nō uidet. Nascitur hæc etiam in Syria, Ciciliaq̃, sed tractus ipsi nō plene cōficiunt. Et circa Toranam agri calcidici quodam in lacu exit, magnitudine mediocri, ubi & percoquitur, & perficitur, & in plenū fructificat. Qui lotus uocatur, planis parte maxima prouenit, cū rura inunda-
 10 dantur: huic natura caulis similis fabæ, & fructus eodē modo, uerum minores, gracilioresq̃. Nascitur fructus in capite, modo quo in faba: flos cādīdus, hlij̃s foliorum angustia proximus: multi, ac densi promiscui exeunt: sole occidēte se comprimunt, caputq̃ integunt: ad ortum aperiuntur, & super aquam assurgūt: idq̃ facit dum ca-
 20 put perficiatur, floresq̃ defluant: capitis magnitudo quanta papaueris maximi, & percingitur incisuris nō alio modo, quā papauer: nisi quod in his fructus frequen-
 30 tior habetur, qui milio nō absimilis est. In Euphrate caput, floresq̃ mergi referunt, atq̃ descendere usq̃ in medias noctes: tantumq̃ abire in altum, ut ne demissa quā-
 40 dem manu capere sit: diluculo deinde redire, & ad diē magis: sole oriente iam extra undas emergere, floremq̃ patefacere: quo patefacto amplius insurgere, ut planē ab aqua absit alte. Aegyptij capita ipsa aceruis putrefaciunt, cumq̃ tegumenta pu-
 50 truerint, in flumine lauando separant fructum, & siccantes, pinsentesq̃ panem faciunt, eoq̃ cibo utuntur. Radix loti corsium appellata, rotūda est, cotonei māli am-
 60 plitudine, cortice nigro, quali nux castanea tegitur: corpus internum: candidum, elixum, assumq̃ in specimen albuminis uertitur, gratū cibus: māditur etiam crudum, sed gratius decoctum, seu aqua, seu pruna. Quæ non nisi in aquis cōperiri queant, tot ferē explorata habentur. Locis autē arenosis, haud procul à fluuio nascitur ter-
 70 renum, quod malinathallam appellant, figura rotūdum, magnitudine mespili, sine nucleo, sine cortice, folia ut gladiolus mittit. Hæc incolæ legentes in brito ordeaceo decoquunt, dulcia admodum efficiūtur, hisq̃ pro bellarijs utuntur. Omnia nascentia inibi bobus, pecoriq̃ cibo idonea sunt. Sed inter omnia genus quoddā præstan-
 80 tius stagnis, paludibusq̃ exoritur, quod & uiride pascit, & siccatum bobus hyeme præbetur. Est etiam aliud frumētis sponte internascens, quod cum syncerum à fru-
 90 mento secreuerint, leuiter pinsentes, hyeme, solo humescente serunt: æditum me-
 100 tunt, & siccant, atq̃ ita bobus, equis, iumentisq̃, id quoq̃ cum fructu subnascente, pabulo præbent: fructus magnitudine sesamæ, rotundus, colore uiridis, bonæ frugis maiorem in modum. Hæc ferē superuacua in Aegypto notari possunt.

Fluuiorum singuli quid priuatim ferant. De tribulo, ac plantis lacus Orchomenij, quæ sunt salix, oleagnus, sida, harundo tibialis, gladiolus, phleum, tipha, mentiflora, icma, ipnum.

Caput XI



40 **T**ribulorum singuli priuatim aliquid ferre uidentur, ut & loca terrenat. Nec enim tribulus in omnibus, nec ubiq̃ erumpit, sed palustribus flu-
 50 minum tantū: altitudine cum profundissima quinquorum cubitorum, aut paulò profundiore, ut in Strymone fluuio. Tanta penē & harun-
 60 do, & reliqua prodeunt: nihil autē eius excedit, præterquam ipsa folia inflexa quodāmodo, & occultātia tribulum. Tribulus ipse mersus in aquā, pronus ad imum uergit: folio amplo ad effigiē ulmei, pediculo admodū longo, caule parte
 70 summa quidē crassiori, unde folia, fructusq̃ dependēt: inferna autē graciliori, con-
 80 tinue usq̃ ad radicē capillamenta quædā indidem exorta gerente, quæ maxima ex parte aduersa inter se congruunt: nonnulla etiā discrepant, subtus ab radice ampla
 90 exeunt, superiora assiduē ad minus, minusq̃ procedunt, ut postrema omnino exi-
 100 gua sint, & differentia magna ab radice ad caulem exultet: pleraque lateralia ger-

mina insurgant, quippe terna, quaternaq; quorum maximum assidue, quod abra-
 dice propius absit, tum quod post id sequitur, & reliqua deinceps pro ratione. Ger-
 men ipsum, quod latere promitur, uelut caulis alter est: primo quidē gracilior, sed
 folio, fructuq; similis: fructus niger, durusq; uehementer: radicem quantam, qua-
 lemq; habeat, quærendum. Talis natura tribuli est: nascitur semine decidente, ger-
 menq; in Vere suum emittit. Radicem alij annuam, alij diuturniorem affirmat, &
 caulem ex ea oriri. Hoc igitur quærendū proprium, præter ea, quæ reliquis insunt.
 Capillamenta illa cauli adnascencia intelliguntur: hæc enim nec folia, nec caules esse
 uidentur: nam lateralis quidem ipsa germinatio communis harundine, alijsq; ha-
 betur. Propria itaq; priuate, communia publice contemplari congruum est. Quin 10
 & secundum loca diuidendum, ut si alia palustria, alia lacustria, alia fluuialia potius
 sint, aut etiam omnium locorum cōmunia: & quænam in humido, ac sicco eadem
 nascantur, & quæ in humido tantū: utq; simpliciter agam, ad ea quæ uolumine pri-
 mo exposuimus communissime digerendum est. Lacu itaq; Orchomenio arbores,
 materiaq; humiles illæ proueniunt, salix, oleagnusq;. Oleæ, amerinæq; speciē præ-
 fert, sida, harundo tibialis, & reliqua, gladiolus, phleum, tipha: ad hæc mensiflora,
 icma, & quod ipnum appellant. Quod enim lemna uocat, altius mergitur in aqua.
 Horum reliqua quidem explorata habentur. De oleagno, sida, mensiflora, icma,
 ipnoq;, quæ alijs quoq; locis forsitan proueniūt, alijs appellata nominibus, referre
 debemus. Est oleagnus natura fruticosa, nec cæteris amerinis absimilis folio: figura 20
 quidē proximo cæteris, sed molli, ut mālus, lanuginosq; flore populi albæ, uerum
 minori, fructu nullo. Nascitur plurima super insulas fluitantes. Sunt enim & in eo
 quædam fluitantes, ut in Aegypto circa paludes, & in Thesprotide, alijsq; stagnis:
 sed illæ minus aqua implentur. Talis est oleagnus. Sida specie papaueri similis est:
 tale etenim caput gerit, nisi quod amplius: ad portionem magnitudine mālī tota am-
 plitudo: nec nudum, sed cādīdis membranīs intectum: hisq; forinsecus folia herbe-
 scentia proxima rosæ adhuc in calice contentis, quaterna se applicant: apertum gra-
 na rubra ostendit, figura non modo papaueris, sed orbiculata, exigua, nec multo
 milio maiora. Saporem dilutum quendā ut triticū, reddit: crassatur æstate, pediculo
 paruo annectitur: flos calici rosæ similis, sed maior, & ferè duplex magnitudine. 30
 Hunc itaq; & foliū super undas emicare affirmat: mox cum defloruerit, fructusq;
 compilatus sit, magis in aquam declinari, demum terram attingere, fructumq; fun-
 dere. Fructificare autē in lacu tria: hoc, & butomum, & phleum, proditum est. Fru-
 ctum butomi nigrum dicunt, magnitudine sidæ proximum. Phlei anthellam uoca-
 tam, quo ad lixiuū utuntur, id placentaceum quoddam est, molle, rubidum. Et
 phlei uero, & butomi scemina sterilis est, ad nexus utilis, mas inutilis. De icma &
 mensiflora, & ipno quæredum. Peculiare inter hæc maxime tipha est, partim quia
 folio caret, partim quia non ut reliqua radice numerosa adhæret: nam illa deorsum
 uersus non minus turgent, uiresq; intendunt: potissimo gladiolus, sicut etiam gra-
 men: qua de causa difficile hæc intereunt, & omnino genus eiusmodi uniuersum 40
 diuturnius est. Radix gladioli plurimum inæqualitate à cæteris distat, quod pars
 quædam crassa carnosaq; sit, quædam gracilis atq; lignosa. Quin & germinatione,
 generationeq; refert: nascitur enim de ramaceo illo radix altera tenuis, iuxta latus:
 deinde caro rursus in eo cōglobatur, ex qua sese caulis promit, in quo positum ger-
 men est. In profundum quoq; radices eodē modo demittit: quamobrem omnium
 maxime mori cōtumax, euelliq; difficilis est. Proxime ferè gramen è geniculis ori-
 tur: radices enim geniculatæ, atq; è singulis germen sursum, radix subtus erumpit.
 Pari modo & spina quæ ceanothos appellatur germinat: uerum huius radix non
 harundinosa, neq; geniculata est. Hæc prolixius propter suam affinitatem placuit
 explicari.

explicari. Vtroq; autem loco, id est, & terra, & aqua, salix, harundo (excepta tibiali) gladiolus, tipha, phleum, butomū exeunt: sicut in aqua tantū: de tipha ambigitur. Maiora autem melioraq; semper inter utroq; loco nascentia, quæ in aqua exeunt esse affirmant. Insulis quoq; fluitantibus nonnulla eorum prouenire, ut gladiolum, butomū, phleum, ita ut partes easdem omnino seruent. Cibo idonea ex nascētibus lacu, sicut, & ipsa & folia ouibus, germen suibus, fructus hominibus: phlei, tiphæ, butomiq; pars tenera ab radicibus proxima est, ut quæ pueri paruuli potissimo mandunt. Radix sola phlei pecudibus pabulo est: cum autē squalor uiget, nec humor, qui perlueret cacumina, incessit, omnia squalent, quæ stagnis degunt: sed præcipue harundo, de qua utiq; indicandū restat, nam de cæteris ferè oibus satis iam dictū est.

De harundinibus, quarum genera duo, deq; sagittaria, quæ appellatur à quibusdam cretica. Cap. XII



Arundinis duo genera tradunt, tibialem, & reliquā: quippe unum genus reliquæ deprehendi, sed inter se inuicē firmitate, crassitate, tenuitate, exilitateq;. Crassam & ualidā, uallatoriā uocant: alteram autē textilem. Nasci textilem super insulas fluitantes, uallatoriā in comythibus. Comythes uocant ubi aceruata harundo, implexaq; mutuò radicum raptu sit: quod sit locis stagnorū, ubi tellus pinguis, lætaq; est. Nonnunq; etiam ubi tibialis, uallatoriā gignit: longiorē quidē, quā reliqua uallatoria, sed uermibus erodendam. Huius differentias eis tradunt. Tibialium quandā nono anno prouenire nonnulli uolunt. Hunc quoq; ordinē generandi statuunt: quod error est. In totum enim aucto lacu enascitur. Sed quoniā id superiori tempore nono anno potissimū euenire uideretur, ortum quoq; harundinis talem esse credidēre, euentū fortuitum pro ordine certo capientes. Gignitur uero copiosior, meliorq;, cum post imbres frequentes biennio, cum minimū aqua permansit: quod maxime posteriori tempore factū meminēre, cum infaustū illud Cheroniæ accidit: quippe ante hoc annis pluribus lacum altitudinē extendisse, post, ubi uehemens pestis inuasit, impletum quidē affirmant: sed cum inundatio nō permansisset, sed hyeme decreuisset, sic & harundinem prouenisse. Fertur enim, uideturq; aucta altitudine lacus, duranteq; inundatione crassari harundinē, & fieri crassatam quidē armamentariā: bombyciam uero, cum nō aqua permanserit. Generationē itaq; talem tradidēre. Distare autem à reliquis harundinibus armamentariā (ut in uniuersum capiamus) præstantia quadam nutritionis naturalis confirmant: quippe pleniorē, carnosiore, in totumq; facie foemine lasciuiorē spectari: etenim folium amplius, candidiusq; habere, & minus lanuginis quā ceteræ: quasdā etiam omnino nihil habere, quas & noīe spadonū appellant. Hinc paria optima fieri quidā affirmant, sed pauca tamen in opere bene succedere: cædi tempestiue solitas, usq; ad Antigenidem, cū adhuc simplicius tibia uterentur sub Arciuro, mense septembri: quippe sic cæsas plerisq; quidem post annis utiles esse incipere, multaq; interim exercitatione sonandi indigere, sed ora linguarum comprimi, quod erat illis theatrorū moribus utilius: sed postq; uarietas, fictioq; accessit, cæsuram mutata est. Cædunt enim nostra ætate, mense Maio, & Iunio, quasi paulò ante solstitiū, uel sub ipso solstitio: & fieri utiles in trimatu referunt, & breui exercitatione egere, linguasq; disiectu deflecti: quod his necessariū est, qui sonos fingant, & multifariā flectant. Hæc armamentariæ cædendæ tempora tradūt. Preparatio uero, & consecutio hunc in modū fieri solet. Cum collegerint, hyeme sub diuo exponūt suis uestitam tunicis: Vere autē dispoliatam, attrituq; expurgatā, Soli exponunt: æstate posthac concisam in internodia, rursum sub diuo, ad tempus quoddā exponunt, relicto internodijs superiori geniculo. His longitudo palmo nunq; mi-

Comythes

Antigenides tibia

nor: optima ex internodijs ad parium constructum, media totius harundinis mol-
 lissima paria gerunt, quæ aduersum germina exeunt: durissima, quæ proxima radi-
 ci habentur. Linguas eodem internodio exemptas congruere, cæteras esse discor-
 des: proximã ab radice læuam poni, dextramq; germina uersus pateat, inciso duas
 in partes internodio. Os linguæ utriusq; secundum calami incisuram faciunt: & si
 quo alio modo linguæ conficiantur, non satis eas congruere. Talis præparatio, atq;
 confectio est. Nascitur plurima inter Cephisum, & Melanam. Pelecania locus hic
 nominat. Huius quædam partes Chytri uocati, lacus altitudines sunt, quibus harun-
 dinem laudatissimam prouenire affirmant. Quin & quo Probatia dicta defertur. Is
 autem amnis est ex Lebadea perfluens. Sed omnium optima nasci creditur circa Oxæa, 10
 Campen uocitatam. Locus hic Cephisi ostium est: uicinus ei campus pinguis, & hi-
 laris, quem Hippiam uocant. Est etiam alius locus aquilonius Oxæa Campæ Boë-
 drias noie, quo etiam ipso nobilem harundinẽ nasci asseuerant. In totumq; ubi cras-
 sum, lætum, fœcosumq; solum sit, Cephisusq; se permisceat, atq; etiam altitudo la-
 cus ampliatur, harundinẽ optimã oriri. Nam circa Oxæam Campen, & Boëdriam,
 hæc omnia comperiuntur. Quod autem Cephisus uim magnã ad faciendã harundi-
 nem laudabilem sortiatur, argumento capiunt, quod eo loco, ad quẽ Melas, qui uo-
 catur, influit: quanq; locus profundus, solumq; crassum, atq; fœcosum est, tamen
 aut omnino nullã, aut uitiosa exurgit. Generationẽ harundinis tibialis, naturã, con-
 fectionẽ, quibusq; differentijs à reliquis distet, satis dixisse arbitramur. Genera non 20
 hæc solum, sed plura harundinis etiam intelliguntur, quæ differentijs uel sensui ma-
 nifestis discernuntur: quædam enim densa, tam carne, quam geniculis: quædam rara,
 paucisq; geniculis: & alia caua tota, quam fistulariã quidã appellant (nihil enim fere
 ligni, carnisue habet) alia solida, & tota penẽ intus repleta. Item alia breuis, alia pro-
 cera, excelsa, crassaq;: & alia gracilis foliosaq;, alia paucis folijs omnino: multæ quæ-
 dam differentiæ pro natura, usucq; intelligunt, singulæ nanq; ad singula utiles. No-
 minibus alij alijs appellant, sed canna cõmunissima quodãmodo est, quã & fruteti-
 tiam maxime omnium referunt, & apud flumina, lacusq; potissimo nasci: plurimum
 tamen in quocq; genere distare inter sese aquaticas, & sicco nascentes perhibet. Sa-
 gittaria quoq;, quã creticam quidã appellant, sui generis est, nodis paucis, genicula- 30
 ta, carnosior omnibus, maximeq; flexũ recipiens, atq; omnino obseques, quo libe-
 at flecti calefacta. Magnas & folia differentiã reddunt, quemadmodũ diximus, non
 multitudine, magnitudineq; tantũ, sed etiam colore: quippe quæ laconica cognomi-
 natur, uersicolor est. Item positu ipso, atq; annexu: quædam enim ab ima parte folio-
 rum plurima ferunt, ipsaq; perinde atq; e frutice se attollunt. Quidã uel discernen-
 dum penẽ lacustriũ esse uolunt, scilicet multa habere folia, & gladioli, phlei, algæ,
 butomiq; folijs similia: uerum hoc amplius scrutari oportet. Genus autem quoddã ha-
 rundinis uel terrenũ emigrat, quod nõ erigit caulem, sed super terrã spargitur gra-
 minis modo, atq; ita se ampliat: mascula solida est, fœmina inanis: quippe ad hanc
 mare, fœminaq; distinguunt. Proueniunt ex eodẽ fundo plusculæ, nõ tamen frute- 40
 tant: folio nõ longo, sed salici simile: magnitudine præstantes, atq; robustæ, ut uicem
 hastarum præbeant. Hæ circa Acesinam amnem oriunt. Omnis autem harundo
 uiuax est, atq; adusta melius resurgit: itemq; stirpe crassa, numerosaq;
 est, ob id mori peruicax. Radix ipsa geniculata, quẽadmo-
 dum graminis: uerũ non omnes simili modo infor-
 mantur. Sed de harundinibus hæcenus.

De iunco & insulis fluitantibus in lacu Orchomenio.

Cap. XIII

Restat ut de iunco dicamus, utpote generi eidem annumerando: nam hic etiam inter aquatica poni debet. Tria huius genera sunt, ut nonnulli distinguunt: acutus, & sterilis, quæ marem appellant: frugifer, quæ atriferum uocitamus, quoniã semen nigrũ ferat: crassior hic, atq; carnosior: tertius, magnitudine, crassitate, carnositateq; insignis, qui mariscus uocatus est. Ex his atrifer per se suo genere prouenit: acutus, atq; mariscus eodẽ cespice exeunt, quod absurdũ apparet, uisũq; mirabile fuit, toto cespice iunci deportato: quippe pars maior steriles erant eodẽ exorti, frugiferi autẽ pauci. Igitur de hoc cogitandũ. Fructus omnino minor habetur: comodior autẽ ad texendum mariscus, quia mollis, carnosusq; est. Omnino frugifer in callum de regulari surculo ipso tumescens, mox ueluti oua parit, circumdantes enim spicatum pediculos iunco linearĩ affixos initio gerit: quorũ summitatibus paululo laterales orbes uasculorum leuiter hiscentes inducit. His semen exiguũ effigie cuspidis sagittarũ ingerit, nigrũ, non ab simile semini herbæ inguinalis, uerũ exilius, radice longa adhæret, multoq; crassiore, quàm acutus. Hæc omnibus annis moritur, dein altera rursus à iunci cacumine defigitur: quod uel uisu percipi facile potest: quippe aliæ sicca, aliæ uirides demissæ cernuntur. Caput cepis, & gethyis simile, utpote quod in unum ex pluribus conglobatũ prælatũq; inferius, tegumētisq; subrubris intectũ constet. Ergo propriũ his radicibus eueniat, si quidẽ per annos exarescant, ac desuper denuò generent. Talis iuncorũ natura intelligitur. Sin autẽ, & rubus, & paliurus in aquis uiuere possint, aut propè, ut quibusdã in locis percipitur, eorum quoq; differentiæ iam exploratæ habentur: quippe cum de ambobus uolumine superiori dixerimus. Insulis autẽ fluitantibus, quæ in Orchomeno sunt, magnitudo utiq; multifaria, sed quæ amplissima ad ternorũ ambitũ stadiorũ spectatur: at in Aegypto magnæ admodũ coagmentantur, ut & sues permulti in eis nascantur, quos incolæ transeuntes uenari consueuerunt. Atq; de aquaticis hætenus.

Vitam plantarum aquatiliam, quàm terrestriam breuiorem, sicut & in animalium genere. In quibusdam tum urbanis, tum syluestribus uitæ longitudinem uel famæ à fabularum autoribus traditæ testimonio patere, ut oleæ Athenis, in Delo palmæ, oleastro in Olympia, phagorum in Troia super tumulum Ili, platani in Delphis, atq; alterius in Caphyis Arcadiæ, quas seuisse dicunt Agamemnonem. Quæstio pulcherrima, an arbor eadem maneat cum caudex paulatim præciditur, mutaturq; uniuersus. Cap. XIII

De breuitate uitæ plantarũ aquatiliũ in tantũ usq; sandũ habemus, uidelicet, quoad aliquatenus in uniuersum possimus exprimere. Vita aquatilibus breuior, quàm terrestribus est: sicut etiam in animalium genere manifestò sentimus: sed singulatim terrestriũ enarrare uitas nimium decet. Ergo syluestres nullã habere differentiã rustici putant, sed omnes longæuas, nullamq; esse breuem uolunt. Sed hoc quidẽ ipsum uere forsitan putent (omnes enim uitam reliquarũ longe superant) ueruntamen inter se distant: quædã enim magis, quædã minus longæua, ut in genere urbanarũ etiam deprehenditur: sed quænã sint istæ, quærendũ. Urbanae aperte differunt, eo quod aliæ longæ uitæ, aliæ breuis sunt. Sed quoad simpliciter dici potest, uita syluestribus longior, q̃ urbanis: atq; omnino ijs, quæ in oppositũ generatim distingui possunt, ut oleastro, quàm oleæ: & pirastro, quàm piro: & caprifico, quàm fico: quippe robustiores, spissiores, fructuq; infœcundiores existunt. Vitæ autem longitudo in quibusdam tum urbanis, tum syluestribus, uel famæ à fabularum autoribus traditæ testimonio patet.

tet. Nam oleam Athenis referunt, palmam Delī, oleastrum Olympiā, fagos Troiā super tumulum Ili. Sunt qui & Delphicam platanum, & alteram in Caphyis Arcadiā stantem, satas Agamemnonis manu dicant. Sed hæc quo pacto se habeant, indagatiōnis alterius forsitan interest explorare. Quod autem summa arborum differentia sit, plene intelligi potest: uiuunt enim prædictæ, aliæq; complures longo tempore. Breui profectò punica, ficus, mâlus, præcipue uerna: & dulcis minus, quàm acida, ut inter punicas, quæ nucleo caret interiori. Genera quoq; uitium nonnulla uitæ breuis habentur: potissimò, quæ sæcundissima sunt. Videntur & quæ aquis propinquæ proueniunt, minus durare, quàm quæ in siccis, ut salix, populus, sambucus. Quædam senescunt quidem, putrescuntq; uelocius, sed ex eisdem rursus latere suo germinant, ut lauri, mâli, punicæ, & auidarum aquæ pars maior. De quibus etiam rationē quispiam quærat, eadē ne dici debeant, an diuersæ: & quemadmodum si præciso caudice, ut agricolæ faciunt, rursus germina assidue, recteq; colendo inuites, aut si in radicem usq; decideris, uel deusseris (Nam hoc etiam facere solent, nonnunquam & sponte accidunt) utrum inquam ita arborem eandem dici oporteat, an alteram. Etenim si partes incrementis, & minutionibus, atq; etiam purgamentis naturalibus distare assidue uideantur, sic arborem eandem esse appareat: cur enim in his potius, quàm in illis referat? Sin autem caudex potissimo ueluti essentia, naturaq; arboris esse credatur, cum hic permutatur, totam quoq; arborem alteram esse ratione putaueris. Nisi fortè quia eadem utriq; initia sunt, idem esse posueris. Atqui sæpenumero euenit, ut & radices alteræ sint, permutenturq; primis putrefactis, alijs denuò enascentibus. Nam eo modo quo uites omnium maxime longæuas putant, quoniam non alias creent, sed ex se repleantur, irridenda cōparatio fortassis appareat: modo caudex non perduret. Hic enim sicut fundamentum, naturaq; arborum constat. Sed hæc utro tandem modo dici debeat, nihil ad præsens referat opus.

De uita oleæ, ac uitium, quoq; modo colendæ uites.

Cap. XV

Illud autem diuturnissimum forsitan sit, quod omnibus rebus durare queat, ut olea, & caudice, & germine laterali, nepotumq; procreatione, atq; etiam stirpe incorrupta: uitam uero unius in qua posito caudice, pro principio temporis agi mensura debeat, annis maxime ducentis consummari uidemus: sin autem credimus (quod quidā de uitibus referunt) quod radicibus particulatim detractis caudex, naturaq; tota similis, ac similifera quantumuis temporis permanere queat, hæc prorsus longæua omnium præcipue constat. Colendum autem hunc in modum censent: Cum uitis iam delabi uidetur, palmites admittendum, fructumq; anno capiendum: deinde altera ex parte uitis suffodiendo radices omnes purgandum, post festucis implendum, terramq; accumulandum. Isto itaq; anno male admodum ferre aiunt, postero melius, tertio & quarto stabiliri: ferreq; multas bonasq; uuas, ut non alio modo se habeat, quàm cum uigebat. Cum iterum languescere incipit, partem alteram suffodiendum, colendumq; simili ablaqueationis ratione, atq; ita semper durare posse affirmant. Id autem anno maxime decimo fieri. Qua de causa, nec præcidere unquam eos debere, qui ita faciunt, sed per multas etates caudices eosdem durare, ut ne meminisse quidem sit, qui seuerint. Hoc igitur expertis accipientes credere fortasse debemus. Quæ autem uitæ longæ, breuis ue sint, ijs quæ retulimus contemplari oportet.

De moro

De morbis arborum: quiq; communes, & qui priuati sint. Quid syderatio, uermis, radicatio, clauus, fungus, olla, scabies, cochleæ, cradatio, cerastra: quid in uite hirculatio, quid roratio.

Cap. XVI



Orbos syluestribus accidere negant, quibus intereant: tamē eas quoque male affici dicunt: perspicuoq; præcipue, cum uel paulò post germinaturæ, uel germinare incipientes, uel florentes, grandine uexantur: cumq; flatus frigidus, feruidus ue, his eisdem temporibus successerit: tempestiuis autem hyemibus, nec si excedant, quicquam offendi. Quinimmo omnibus algorem prodesse uolunt: quippe nisi alserint, deterius germinare. Urbanis morbi plures eueniunt: alij omnibus quasi communes, aut pluribus: alij priuati per genera. Communes, uermiculatio, syderatio, radicatio: omnes enim ferè uermes etiam gignunt, sed quædam pauciores, quædam plures, ut ficus, málus, pirus. Minime autem (ut simplici ratione dicam) acres, & succo humentes lacteo uermiculantur, eodemq; modo syderantur. Magis autem nouellis, quàm uigentibus id accidere solet: & omnium maxime fico, & uiti. Olea præter uermes, qui & ficum interimunt fœtificantes in ea, clauum patitur: quidam fungum appellant, alij ollam, hoc est ueluti solis exustio: nonnunquam etiam nouellæ, propter nimiam fertilitatem intereunt. Scabies, & cochleæ adnasci soliti, ficorum peculiaris sunt. Non tamen id accidit eis ubiq; sed morbi his quoq; ratione locorum euenire uidentur, quemadmodum animalibus. Nam apud aliquos scabies nullo modo infestat, ut nec circa Aeneam. Ficus maxime radicationem, cradationemq; sentit. Vocant radicationem, cum radices inarescunt, marcescuntq;: Cradationem, cum rami: crados enim ramos ficulnos quidam appellant, unde & morbo nomen. Caprificus neq; radicatione, neq; cradatione, uel scabie infestatur, neq; radicibus uermiculatur. Quædam nec suos grossos amittunt, etiam si fico inserantur. Scabies potissimo gignitur, cum aquæ parum post uergilias inceserit. Nam si multum fuerit, causa contrahendæ scabiei omnis abluitur: & accidit tunc, ut & caprificus, & grossi decidant. Vermium autem qui ficorum proprij sunt, alij ex ipsis nascuntur arboribus: alios parit, qui cerastra uocatur: omnes tamen in cerastram figurantur. Sonum ædunt ceu paruuli stridoris. Ficus laborat, & si imbres nimij fuere, sic enim ad radicem quasi glabratur: quod quidem uitium aulam appellant. Vitis hirculatur, quod eius præter syderationem potissimum est, aut cum germina à flatibus fuerint abscessa, aut cum imperitia culturæ fuerint læsa, aut tertio cum in supinum fuerint excisa. Roratio, quod quidam *siue dicitur* dicunt, cum uitis deflorescens irrorat, aut cum fieri solet genus affectionis, hoc est, ut acini defluant, & remanentes paruuli consent. Quædam & cum alserere ægrotant, ut uitis: oculi namq; primo putatæ hebetantur: rursumq; ex calore nimio idem euenit: etenim eorum quoq; temperamentum poscunt, sicut etiam alimenti omnino. Omne quod præter naturam fit, periculosum occurrit: uulnera quoq; ictusq; circumfodientium magnopere faciunt, ut mutationes æstuum, aut frigorum non tolerantur. Cum enim per luxationem laboremq; debile sit, facillime à tēporis excessu deuincitur. Porro, ut quidam existimant, maxima ferè pars morborum ictu iniurioso contrahitur. Quippe, quæ syderata appellant, quæq; radice inarescant, hac eadem de causa laborant. Credunt & hos duos esse morbos duntaxat, sed id quidē haud confessum satis habetur. Ex omnibus uero infirmissima est uerna málus, & earum potissimo dulcis. Quibusdam læsiones, nonnullæ sterilitatem, non necem inferunt: ut si quis larici cacumen auferat, uel palmæ, sterilescere ambæ uidentur, nec penitus interire. Ægrotant aliquando & fructus ipsi, cum afflatus, imbresq; tempestiue nō fuerint. Accidit enim arboribus, ut aliàs fructus amittant, factis, aut non factis pluuijs, ut ficis: aliàs deteriores reddant

tur, putrefactæ, strangulatæq; humoris nimietate, aut contrâ exiccatae penuria ultra modum. Pessimum cum deflorescentibus quibusdã, imber incessit, ut oleæ, uitiq;: simul enim defluit fructus propter exilitatē. In Mileto oleas cum florent, erucæ erodunt, aliæ frondem, aliæ florem: genere diuersæ: itaq; arbores dispoliant. Nascuntur tempore austrino: & uento, si sol acrior insecutus fuerit, rumpuntur. Circa Tarentum fructum uberem oleæ semper præmonstrant, sed sub flore pars magna perditur. Hæc ergo propria locorum.

De Arachinio morbo oleæ, deq; tabe, uredine: quæq; morbis præcipue infestentur.

Cap. XVII



Ritur & alius morbus oleis, qui Arachiniū appellatur. Nascitur enim hoc, & fructum absomit. Adurunt & æstus quidã & oliuas, & uuas, & alios fructus. Sentiūt & uermiculationē fructus quorundã, ut oleæ, piri, mâli, mespili, punicæ. Vermis oleæ natus sub cute fructū adimit: at si in ipso nucleo erodens, prodest: sub cute gigni prohibent pluujs, quæ post Arcturū sequant. Et in drupis quoq; oleis uermes nascuntur, qui ad lacturam peiores certe deprehendunt, & maridi, putresq; omnino uident. Hinc & austrinis nascunt, & riguis magis. Gignuntur & culices in aliquibus arborum, ut in robore, & fico, & consistere ex humore uidentur, corticibus subdito gustu dulci. Gignunt idem & in quibusdam oleribus: alibi uero erucæ, diuerso scilicet ortus principio. Et morbi quidem hi ferē, atq; in his sunt. Affectiones autem quædam temporariæ, aut aliàs per se euenientes, necare assolent, quas nullus dixerit morbos, ut tabes, & quod uredinem quidam appellāt. Alij uero apud alios flatus interimere, ac exure re noti sunt: ut in Calcide Eubœæ olympias cum flauerit frigidus ante solstitia, aut post solstitia hyberna: arbores enim exurit, atq; adeo aridas, siccasq; facit, ut ne sol quidem tempusq; longum reddere ita possint: quocirca uredinem uocant. Hæc sæpe aliàs, & Archippo Athenis magistratu anno quadagesimo facta uehementissima proditur. Laborant maxime loca concaua, & inter ualles, & uicina fluminibus, atq; in summam, quæ ab omni afflatu penitus silent. Ex arboribus uero ficus præcipue infestatur, secundo loco olea: oleaster magis laborauit, quamq; robustior, quod mirum fuit. Amygdalæ penitus, mâli, piri, punicæ sine noxa extiterunt: quamobrem id quoq; mirum: exuruntur statim à caudice, atq; in totum magis, priusq; (ut ita dixerim) sentiunt partes inferiores. Deprehenduntur quædam statim in germinatione. Olea uero quoniam semper uireat, tardius. Quæ itaq; frondes amiserint, reuiuiscunt: quæ minus, penitus pereunt. Nonnunq; quædam exustæ, folijsq; arefactis regerminarunt sine ulla iactura, foliaq; reuixere. Id quibusdam in locis uel sæpe penumero euenit, ut in Philippis. Quæ autem tabuere, modo non penitus perierint, citissime possunt regerminare, ita ut uitis statim fructificet, sicut in Thesalia fit. Ponto autem circa Pantocapæum tabes bifariam inuadit: aliquando frigore, cum annus frigidus est: aliquando gelu, si diu durauit: ambo post brumam, diebus maxime quadraginta peractis, fieri solent. Fit gelu sereno tempore: frigus, quo tabes, præcipue cum in sereno squamulæ quædam deferuntur, patent: cassâ uero non durât, quanq; circa Thraciam concrecant. Sedenim morbi, quot, qualesq; sint, ac rursus interitus, qui excessu hyemis, aut æstus eueniant, quiq; ab afflatuum frigore, calore ue proficiscantur, hisce contemplandi: quando nil prohibet nonnullos etiam cum syluestribus communes haberi, tum uniuersa arborum nece, tum etiam magis fructuum lue: quod aperte euenire uidemus, quippe cum sæpe nec illæ probe fructificent: sed credo æque id obseruatum habetur.

Quæ

Quæ arbores, quibus detractis partibus aut ægrefcant, aut interimantur. Cap. XVIII

Restat, ut exponamus, quæ partibus quibusdam ablatiis, enecentur. Communis itaque omnibus mors cortice in orbem detracto. Omnes enim ferè hoc modo necari uidentur, excepta potulaca, quæ tamen & ipsa si quis carnem uehementer prefferit, germenq; futurum luxauerit, morietur. Itaq; uerius fortè, excepta subere, dixerim: hanc enim & iuari potius cortice detracto, affirmant, scilicet tam extero, quam interno carni propinquo, sicut etiam potulacam. Nam & ceraso detrahitur, & uiti, & tiliæ, ex quo funes: & ex minoribus maluæ, sed non uitalis, neq; princeps, sed summus, qui ple-
 10 runq; subnascente alio decidit: corticis enim disruptio communis arborum est, ut potulacæ, ut platani. Cum uero nonnulli arbitrantur, nouo iterum subnascente, exterum inarescere, disruptiq; multisq; decidere sponte, sed non æque in omnibus rem esse conspicuam: ergo omnes (ut creditur) cortice detracto intereunt: sed refert, quoniam celerius, tardius ue, & magis, minus ue. Quippe aliquæ plus tem-
 20 poris permanent, sicut ficus, tilia, robur. Quidam eas & uiuere interdum, nec interire affirmant, & corticem ueluti pumicis specie concalescere, atq; naturam peculiarem quandam haurire. His itaq; mederi conantur, luto fouentes obstruentesq;: & harundinibus, atq; id genus stramentis opertas, illigantes ne frigeant, uel subarescant: etiam nonnusquam restitui, regerminareq; potuisse proditum est, ut apud
 30 Heracliam trachianam ficus: sed præter uirtutem soli, temperamentumq; cœli superuenientes quoq; respondeant opus est. Frigoribus enim, aut etiam caloribus nimis consecutis, statim intereunt. Refert & tempus anni: quippe in germinatione abietis, piniq;, cum etiam cortice turgido sunt mense Februario, uel Martio, si quis detraxit, statim moriunt: hyeme diutius tolerant, & magis quæ robustissimæ sunt, ut ilex, robur. Harum enim interitus diuturnior est. Latitudinem quoq; aliquam decorticatio habeat oportet, omnium quidem, sed maxime robustissimarum. Nam si angustam admodum feceris, nihil absurdum, si non interierint. Quancq; sint, qui etiam si quantumlibet auferatur, necari penitus dicant. Sed hoc de infirmioribus quidem consentaneum dixerint. Quasdam enim & si in orbem nõ excorticentur,
 30 interire affirmant, quæ uel solum tenue, ieiunumq; tenent. Igitur hæc, ut diiudicauimus, mors communis omnium est.

De decacuminatione, deq; salice, platano, populo, quæ resurrexerunt. Cap. XIX

Quam uero decacuminationem appellat, tantum inter arbores, pino, abieti, piceæ, palmaeq; assignat: quidam & cedro, & cupresso referunt. Hæc em detracta coma, deciloq; cacumine, tota intereunt, nec quicq; germinat, sicut nec si adusta, aut tota, aut parte aliqua fuerint: reliqua aut omnia & præcisa germinat, & nonnulla meliora reddunt, ut oleæ. Intereunt maxima ex parte uel fisco caudice. Nulla enim tolerare uidetur, præterq; uitis, ficus, punica, malus. Quædam uel ab ulcere ampliori, altioriq; intereunt: aliæ nihil offenduntur, ut pinus, cum teda descindit, & omnia ex quibus resina colligi potest, ut abies, terebinthus. Harum enim uulneratio, ulceratioq; in profundo: quippe ex infœcundis, fœcunde: & ex pauciferis, multiferæ reddunt. Quædam etiam securim ita tolerant, tam stantes, q; à flatu prostrate, ut resurgat, uiuant, germinetq;, ut salix & platanus: quod & in Antandro, & Philippis euenerat. Cum enim platanus procidisset ramis amputatis, truncoq; securi luxato, resurrexit noctu leuata onere, atque reuixit, & cortex iterum circumtexit. Erat duobus lateribus circūdolata, lōgitudine decē cubitis maiori: crassitudine, ut quatuor uiri nõ facile amplecterent. Salix aut, quæ in Philippis resurrexit, fuit quidē detrūcata, sed nõ circūdolata. Aruspex tunc quidam persuasit, ut sacrificarent, custodirentq; arborē, utpote factam ostento fausto. Resurrexis-
 40 sit, ut sacrificarent, custodirentq; arborē, utpote factam ostento fausto. Resurrexis-

& Stagiris in museo populus alba procidua. Medulla exempta nulla ferè arbor moritur: argumentū, quod multæ arbores magnitudine excellentes cauantur, inanesq; fiunt. Arcades quadantenus si eximatur, uiuere dicunt: tota uero ex uniuersa arbore exempta, & pinum, & abietem, & reliquas omnes interire.

Quæ mors communis omnibus: oleumq; necare omnia. Item de cytiso, & edera, atq; aurone pernicioso. Quodq; brassica temulentiam propulset. Cap. XX



Communis omnibus mors, & si radices amputentur, uel omnes, uel plurimæ, & quæ maximæ sint, uitalesq; in primis: igitur hos interitus ex demptione dicendum. Qui autem oleo consequitur, adiectione uerius quadam, quàm demptione incurrit: quippe oleum omnia necat. Qua de causa radicum extirpandarū reliquijs oleum infundunt. Vallet oleum magis in nouellis, & in præsens nascentibus, sunt nanq; debiliores: quæ propter & tangi eas agricolæ prohibent. Necantur & inuicem inter sese alimentis rapina, & ceteris in rebus impedimento. Molesta & edera adnascens, ac uinciens: molestus & cytissus, nam omnia ferme necat: sed eo ualentior auro est, hic enim uel cytissum ipsum interimit. Quædam non necant, sed succi, odorisq; uiribus reddunt deteriora, ut brassica, & laurus uitem offendunt: olfacere quippe eam, & attrahere dicunt: quamobrem germen cum illis propinquum fuerit recedere, atq; auerti, utpote inimicum fugiens odorem. Androcides exemplo hoc usus est: de medela contra uinum confecta, ex brassica uidelicet, temulentiam posse propulsare: quippe cum uitis etiam uiua, odorem brassicæ fugiat. Interitus itaq; quo pacto fiant, quot sint, quotq; modis eueniant, ijs, quæ explanauimus, patet.

HISTORIAE PLANTARVM LIBRI
QVARTI FINIS.

THEOPHRASTI DE HISTORIA

PLANTARVM LIBER QVINTVS.

De cædenda materie tum rotunda tum quadrata, quandoq; cædendum robur. Cap. I



DE MATERIE, cuiusmodi unaquæq; sit, & quo tēpore tempestiue cædat, & quibus cōmoda operibus cōstet, & quæ tractatu difficilis, facilis ue, & quicquid eiusmodi cōmentationē contingit, æque atq; superiora, explicare tentandū nunc est. Cadi itaq; tempestiuū, rotundā quidē materiem, & oēm quæ decortican- da accipit, cū germinare incepit: tunc em cortex extricatu per- facilis est: quod turgere appellant, scilicet ratione humoris, qui sub eo cortice fieri solet: postea inextricabilis reddit, materiesq; nigrescit, informisq; fit. Quadrandā autē post turgorem, securis autē deformitatē aufert. Deniq; omne, quod pro ualido capi oporteat, tempestiuus cædit, nō solum cū germinare desierit, sed etiam cū fructū percoxerit. Verū decorticationis causa fit, ut rotunda, quanq; intempestiua, pro tempestiuis ad usum ueniant. Quāobrem tēpora per euentū dici contraria debent. Abietis materies primo turgore coloratior reddit: nam & corticem abietis tamē, & pinī, & laricis potissimo detrahunt. Igitur istæ Vere cæduntur, tunc em germinant: reliquæ aliquādo post messem, aliquādo post uindemiā, & Arcturum, ut aria, ulmus, acer, fraxinus, carpīnus, scissima, tilia: ad summā, quæ aptæ obrui sunt. Robur serissime cædendū, uidelicet hyeme post autumnū: qd si sub turgore